



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXII. Herzog Rudolph von Sachsen vereignet der Stadt Frankfurt das Dorf Kliestow, am 15. Oktober 1320.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XXII. Herzog Rudolph von Sachsen vereignet der Stadt Frankfurt das Dorf Kliestow, am 15. October 1320.

In nomine domini amen. Nos Rudolphus, dei gratia Saxonie, angrie, Westvalie dux, Comes in bren, necnon burgravius in magdberg, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam tenore presentium publice volumus deuenire, quod fidelibus nostris ciuibus in franckford donauimus et vigore presentium litterarum donamus proprietatem ville Cliftow et eorum omnium, que ad eam pertinent, videlicet agrorum, lignorum, pratorum, molendinorum, piscaturarum, necnon et aliorum omnium, que intra limites predictae ville continentur, perpetuis temporibus possidendam. Ne igitur huiusmodi nostra donacio per nos in posterum et per nostros heredes ausu temerario violetur, presentem litteram dari iuimus sigillo nostro firmiter communitam. Testes huius nostre donacionis sunt otto pincerna de schenckendorff, hennignus et hermannus fratres de wulkow, Boldewinus de triest, nostri milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum franckford, anno domini millesimo tricentesimo vigesimo, feria quarta ante diem Galli et Iulli.

Nach einer alten Copie im Stadtarchive, Kliestow No. 1.

XXIII. Pfarrer und Rath bekunden eine in der Pfarrkirche zu Frankfurt vorgenommene Altarstiftung, am 1. Februar 1323.

Bertoldus, de dobrun dictus, plebanus in frankenuord, necnon Consules ibidem in frankenuord Omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem inperpetuum. Cum ex fragilitate condicionis humane memoria hominum sit labilis, vita breuis, expedit ut rite acta litterarum serie et fidelium testimonio perhennentur. Hinc est, quot notum esse volumus vniuersis, Quod Johannes de Lichtenberg et Henningus, eius filius, ciues nostri, de consensu et libera nostra voluntate, ad laudem Dei omnipotentis Eiusque matris Marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum suarum et progenitorum suorum omnium, vnum in nostra parochiali ecclesia construxerunt altare, in Honore Decem Milia Militum atque beati Panchratii martiris, de bonis a deo sibi collatis Eidem altari duodecim Talenta brandenborgensium denariorum in certis redditibus assignarunt et appofuerunt, Que inquam duodecim talenta reddituum Nos Consules foras nostram ciuitatem super vineis et aliis hereditatibus in metis nostre ciuitatis predictae ubicunque ad dictum altare cum consensu et sollempni deliberatione omnium nostrorum burgensium prehabita dotauimus et dotamus et in pheedo sollempniter contulimus et de eisdem proprietatem plenam et inpermixtam omnino dedimus et presentibus damus liberaliter et sine errore et immutatione qualibet femota contradictione quacunque cessante perpetuo possidenda. Preterea idem Johannes de Lichtenbergh et filius eius Henningus temporibus vite eorum Eidem altari prouidebunt in persona ydonea et honesta in sacerdotio constituta vel ad minus qui in primo suo anno in summum sacerdotii gradum poterit promoueri. Definentibus autem eis esse amplius in hac luce, Tunc